ARCHIDIECEZYA LWOWSKA.

Nr. 1679.

Ad Bonorum ecclesiasticorum alienationem vel onerationem qualis consensus requiratur.

Articulo XXX. Concordati quoad bona ecclesiastica cautum habetur, quod illa „vendi, vel notabili gravari onere non poterunt, nisi tum S. Sedes tum Majestas Sua Caesarea, aut ii, quibus hoc munus demandandum duxerint, consensum tribuerint."

Quum tamen in singulis casibus, ut alienatio vel oneratio bonorum Ecclesiasticorum necessaria foret, absque magna difficultate tum ad S. Sedem Apostolicam, tum ad Suam C. R. Apostolicam Majestatem recurri vix posset, hinc tam Sanctissimus D. N. Pius Papa IX. quam etiam Augustissimus Imperator noster facultatem tribuendi assensum in alienationem vel onerationem bonorum Ecclesiasticorum, certis personis delegandam duxerunt.

Delegationem talem ex parte S. Sedis Apostolicae praesefert Breve SS. D. N. Pii Papae IX. de die 3. Aprilis 1860 tenoris sequentis:

PIUS PP. IX.

Ad futuram Rei memoriam. De majori Ecclesiae utilitate pro Apostolici muneris officio solliciti Praedecessores Nostri Romani Pontifices ita supremam in Ecclesiam ipsam potestatem sibi divinitus delatam exercuerunt, ut extraordinarias facultates Sacris Antistitibus pro re, ac tempore impertirentur, quoties id in Domino expedire judicarent. Jamvero in Conventione nuper inita super Ecclesiasticis negotiis cum Carissimo in Christo Filio Nostro Austriae Imperatore, attentis certis causis, et nonnullis adjectis conditionibus, statutum est in Articulo XXX. ut bona scilicet Ecclesiastica vendi, vel notabili gravari onere non possint, nisi tum Sancta Sedes, tum Majestas Sua Caesarea, aut ii, quibus demandatum fuerit, consensum tribuerint. Quapropter ut nonnullis in casibus Sanctae hujus Sedis facilius intercedat auctoritas, per Apostolicum Nuntium apud Imperialem Aulam Vindobonensem pro tempore existentem, vel ejus vices exercentem ad praefinitum temporis spatium necessarias ad hoc Sacris Antistitibus facultates concedendas existimavimus. Nos igitur, rebus maturae perpensis Apostolicae Sedis Nuntio, qui apud Aulam Imperialem Vindobonensem pro tempore existat, vel ei, qui Nuntii ipsius vices pro tempore gerat, nec non Archiepiscopis, Episcopis, et Praesulibus Nullius, ut vocant, Dioecesis, qui in universa, quam late patet, Austriaci Imperatoris Ditione continentur, iis tamen exceptis, qui in Provinciis Italicis existunt, nec non Episcopo Wratislaviensi pro parte Dioecesis, quae in Imperio Austriaco continetur, potestatem facimus ad decennium dumtaxat a datis hisce Litteris computandum concedendi facultates sequentibus articulis comprehensas. I. Archiepiscopis nimirum alienandi bona ecclesiastica usque ad summam Florenorum octo millium monetae Austriacae. Episcopis vero, ac Praelatis Nullius Dioecesis usque ad summam Florenorum sex millium ejusdem monetae, sive stabilia ea bona sint, sive in publicis nominibus consistant, adjecta tamen conditione, ut pretium ex alienatione perceptum in aliorum bonorum stabilium, seu Censuum acquisitionem convertatur, iisque deficientibus pretium ipsum alia ratione fructuose, ac secure collocetur; exclusa qualibet negotiatione ex Sacrorum Canonum Sanctione Ecclesiasticis viris interdicta. II. Archiepiscopis impertiendi facultatem imponendi bonis ecclesiasticis onera, quae non excedant summam Florenorum quindecim millium. Episcopis vero, et Praelatis Nullius Dioecesis eamdem impertiendi facultatem, dummodo onera non excedant summam Florenorum duodecim millium, rationem tamen, ac terminum praefiniendo, quo aes alienum a causa pia contractum dissolvantur. Quod si necessariae instaurationes, ac melioramenta in aliquo ecclesiastico fundo occurrant, neque aes alienum contrahi queat, et non nisi per alicujus boni ecclesiastici venditionem necessitati provideri possit, hoc in casu concedendi facultatem venditionem perficiendi, cum conditione, ut si ex pretio percepto pars aliqua supersit, eadem fructuose collocetur rationibus superius expositis. Porro quum ex Jure Canonico in Capite Terrulas facultas detur fundos exigui valoris alienandi, cui quidem juris regulae nihil per has Litteras volumus innovatum, licet in eodem Capite onerum exiguorum impositio minime comprehendatur, ex peculiaribus tamen rationibus animum Nostrum moventibus, et ex singulari concessione in exemplum minime adducenda, facultatem impertimur imponendi ecclesiasticis bonis onera, quae tamen summam Florenorum mille non exsuperent. Hujusmodi vero tam in praesenti, quam in superiori articulo descriptas facultates minime complecti volumus bona ad Mensas Archiepiscoporum, Episcoporum, atque Antistitum Nullius Dioecesis pertinentia. Quapropter quum de bonis iisdem agendum erit in casibus superius descriptis Suffraganei Episcopi propriis respective Archiepiscopis, Archiepiscopi autem, et Episcopus Wratislaviensis Nobis, et Sanctae Sedi immediate subjectus, nec non praelati Nullius Dioecesis preces deferent ad Nuntium Apostolicum, cui idcirco, quemadmodum Archiepiscopis, potestatem facimus petitam impertiendi facultatem, si in Domino expedire existimaverint. III. Firmis manentibus ordinariis facultatibus Episcoporum, et causarum piarum pro ineundis locationibus, et conductionibus ad Triennium, concedendi facultatem locationes ipsas, et conductiones ineundi ad quindecim annos, servatis in reliquis Canonicis praescriptionibus. Ad vitandos autem abusus nonnullos, et obsecundandum aliqua ratione consuetudini, quae in Austriaco Imperio invaluit, ut bonorum Ecclesiasticorum possessores a respectivis Conductoribus reditus, seu praestationes in antecessum accipiant, facultatem impertiendi reditus ipsos, seu praestationes percipiendi in antecessum, ita tamen, ut illae quoad fundos urbanos non excedant summam, quae in semestri spatio a Conductore debeatur; quod vero spectat ad bona rustica, dummodo summam non praetergrediantur, quae per Anni spatium a Conductore sit persolvenda. IV. In casibus urgentis necessitatis, atque utilitatis piae causae in quibus ad alienationem, vel oneris impositionem sine mora deveniendum sit, facultatem largiendi absque praefinita pecuniae summa alienationem perficiendi, vel aes alienum contrahendi, ea tamen adjecta conditione, ut in posterum ea de re sive ad Nuntium Apostolicum, sive directe ad Sanctam Sedem singillatim, accurateque referatur. In casibus vero modo expressis quum agatur de bonis ad Mensas spectantibus Archiepiscoporum, Episcoporum, atque Antistitum Nullius Dioecesis Suffraganei Episcopi preces deferent suis respective Archiepiscopis, Archiepiscopi autem, Episcopus Wratislaviensis Apostolicae Sedi immediate subjectus, et Praelati Nullius Dioecesis postulata deferent ad Nuntium Apostolicum; quem in finem tum eidem Nuntio, tum Archiepiscopis potestatem facimus petitam facultatem, concedendi, si in Domino judicaverint expedire. Hoc ipsum pariter fieri volumus in casibus, in quibus non urgeat necessitas et quando agatur de alienationibus, sive oneribus praescriptas superius summas excedentibus. — Verumtamen in omnibus, et singulis casibus integram esse volumus facultatem postulationes ad Sanctam Sedem directe deferendi. Volumus praeterea, ut in hujusmodi concessionibus canonicae praescriptiones accurate serventur, et praesertim Constitutio fel. mem. Pauli II. Praedecessoris Nostri, quae incipit: *Cum in omnibus* edita die XI. Maji Anno 1465 ac proinde in omnibus, et singulis facultatibus ab Apostolico Nuntio sive per se immediate exercendis, sive Sacris Antistitibus, ut supra statutum est, deferendis volumus, ac mandamus, ut pateat, ac probata sit piae causae necessitas, vel utilitas; quem in finem in singulis casibus tum personae ad quas intersit, tum honesti nominis, et probati judicii viri antea consulantur. Jubemus denique ut in omnibus et singulis actis venditionis, sive alienationis, atque etiam lacationis ad quindecim annos mentio expresse fiat facultatis ab Apostolica Sede concessae. Haec volumus, et concedimus, non obstantibus fel. rec. Pauli II. et aliorum Pontificum Praedecessorum Nostrum de rebus Ecclesiae non alienandis, aliisque Constitutionibus, speciali licet mentione dignis, in contrarium facientibus quibuscumque. Datum Romae apud S. Petrum sub Annulo Piscatoris die III. Aprilis MDCCCLX. Pontificatus Nostri Anno Decimo Quarto. *Pro D. Cardli* Macchi *Jo. B. Brancaleoni Castellani Substitutus.* Loco † Sigilli.

Hoc exemplum cum orginali concordare testamur. In quorum fidem etc. Vindobonae die 20. Junii 1860. Antonius de Luca mp. Archiepiscopus Tarsensis, Nuntius Apostolicus. L. S.

Similem porro delegationem ex parte Suae C. R. Apostolicae Majestatis, continent Decretum Ministerii Cultus de die 20. Junii 1860 per authenticam collectionem legum imperii (*Reichsgesetzblatt*) N. 162. publicatum, cujus tenor est sequens:

Rozporządzenie ministerstwa oświecenia i spraw duchownych a odnośnie do granicy wojskowéj naczelnéj komendy armii z dnia 20. Czerwca 1860. rozciągające się na cały obręb państwa z wyjątkiem królestwa lombardzko-weneckiego, tyczące się sprzedaży i obciążenia majątku katolickich kościołów, prebend i zakładów duchownych.

Według artykułu XXX. konkordatu (zbiór praw krajowych Nr. 159.) nie mają się dobra kościelne ani sprzedawać, ani znacznym ciężarem obarczać, jeśli tak Stolica święta jako i Jego Ces. Mość albo ci, których oni do tego upoważnią, swojego na to nie dadzą zezwolenia.

Ku wykonaniu tych postanowień rozporządza się wskutek dekretu z dnia 9. Czerwca 1860. co następuje:

Aby wyjednać pozwolenie Jego Ces. Mości do sprzedania majętności kościelnéj przewyższającéj wartość stu złotych austr., na-

leży prośbę wraz z potrzebnemi dowodami przedłożyć biskupowi, który je wraz z swojém zdaniem urzędowi politycznemu (w granicy wojskowéj generalnéj komendzie krajowéj) udzieli. Kiedy się sprawa toczy o majętność kościelną, któréj wartość ośm tysięcy złotych austr. nie przechodzi, to, jeśli biskup prośbę o zezwolenie na sprzedaż popiera, może urząd polityczny (w granicy wojskowéj generalna komenda krajowa) wskutek upoważnienia Najjaśniejszego Pana wyrzec zezwolenie w imieniu panującego.

Jeśli biskup prośby nie popiera, albo gdy chodzi o większą wartość, należy tę sprawę ministerstwu spraw duchownych i oświecenia (dla granicy wojskowéj naczelnéj komendzie armii) przedłożyć, które, jeżeli wartość mającéj się sprzedać majętności ilość dwudziestu tysięcy złotych austr. przechodzi, najwyższego rozporządzenia oczekiwać powinny.

Celem sprzedania dóbr stołowych biskupich ma biskup do prośby swéj dodać prośbę swego metropolity i kapituły katedralnéj, metropolita albo biskup eximowany prośbę właściwéj kapituły metropolitalnéj lub katedralnéj, i oddać takowe urzędowi politycznemu (w granicy wojskowéj generalnéj komendzie krajowéj) w tym celu, aby one tę sprawę wraz z swojém zdaniem ministerstwu spraw duchownych i oświecenia (względnie naczelnéj komendzie wojskowéj) przedłożyć mogły.

Obciążenie majętności kościelnéj, które ilość tysiąca złotych austr. przewyższa, należy za znaczne uważać. Jako takie daléj poczytywać je trzeba, jeżeli grunta, budynki mieszkalne lub przywileje na więcéj, niż trzy lata się wydzierżawiają, jako też, jeśli się zastrzega, aby dzierżawa albo komorne za więcéj niż jeden rok naprzód wypłacone zostało.

Celem znacznego obciążenia kościelnych dóbr albo dochodów, należy prośbę o zatwierdzenie rządowe, wraz z potrzebnemi dowodami przedłożyć biskupowi, który ją wraz z swojém zdaniem urzędowi politycznemu (w granicy wojskowéj generalnéj komendzie krajowéj) udzieli.

Jeśli obciążenie ilości pięćdziesiąt tysięcy złotych austr. nie przechodzi, również jeżeli chodzi o zawarcie kontraktu dzierżawy lub komornego na czas nie więcéj niż lat piętnastu, natenczas Jego ces. kr. Apostolska Mość raczy upoważnić urząd polityczny (w granicy wojskowéj generalną komendę krajową) do udzielenia na to pozwolenia w tym razie, jeżeli biskup prośbę o zatwierdzenie popiera. Jeżeli biskup prośby téj nie popiera, albo jeżeli chodzi o wyższą ilość albo o kontrakt dzierżawy lub komornego na dłuższy przeciąg czasu, wtedy należy tę sprawę przedłożyć ministerstwu spraw duchownych i oświecenia (względnie naczelnéj komendzie armii), które, jeżeli majętność kościelna większą nad czterdzieści tysięcy złotych austr. ilością jest obciążona, lub jeśli się kontrakt dzierżawy lub komornego na więcéj niż lat trzydzieści zawiera, najwyższego rozporządzenia oczekiwać powinny.

Celem obciążenia dóbr stołowych biskupich powinien biskup do swojéj prośby dołączyć zdanie metropolity i kapituły katedralnéj, metropolita lub biskup eximowany kapituły metropolitalnéj lub katedralnéj, i oddać je urzędowi politycznemu (w granicy wojskowéj, generalnéj komendzie krajowéj), które tę sprawę wraz z swojém zdaniem ministerstwu spraw duchownych i oświecenia (względnie naczelnéj komendzie armii) przedłoży.

Do dowodów, w które prośby o zezwolenie rządowe na sprzedaż lub obciążenie być opatrzone powinny, należy wedle okoliczności zdanie patrona lub jego zastępcy.

Aby sprzedaż lub znaczne obciążenie, na które zezwolenie rządowe wyjednane zostało, do ksiąg publicznych wciągnione być mogło, powinien urząd polityczny (w granicy wojskowéj generalna komenda krajowa) wystawić oświadczenie, że szczegółowym przepisom tyczącym się sprzedaży lub obciążenia majętności kościelnéj zadość uczyniono.

To przecież nastąpić może dopiero po złożeniu świadectwa, że Stolica święta, względnie jéj pełnomocnik, pozwolenie na sprzedaż lub obciążenie udzielił, albo że do sprzedania lub obciążenia, o którém mowa, takowe zezwolenie nie jest potrzebne.

Przy sprzedawaniu majętności kościelnéj, która nie przewyższa wartości stu złotych austr., i przy znaczném obciążeniu takiéj majętności, należy postąpić wedle tych postanowień, które są miarą dla zarządu majątku kościelnego.

Potwierdzenia, że szczególnym przepisom tyczącym się sprzedania i obciążenia majętności kościelnéj zadość uczyniono, nie powinien urząd polityczny (w granicy wojskowéj generalna komenda krajowa) udzielać prędzéj, aż dowiedzionèm nie będzie, że sprzedaniu lub obciążeniu pod względem kościelnym nie stoi nic na przeszkodzie.

Sprzedaż lub obciążenie majątku kościelnego, które się z ubliżeniem przepisów tego prawa uskuteczniá, należy za nieważne poczytywać.

Arcyksiążę Wilhelm m p. F. M. L.
Hr. Thun m. p.

In nexu cum hocce decreto, est altera dispositio C. R. Ministerii Justitiae de die 13. Julii 1860 in collectione legum imperii N. 175. occurrens, cujus pariter tenorem hic inserimus:

Rozporządzenie ministerstwa sprawiedliwości i naczelnéj komendy armii z dnia 13. Lipca 1860. rozciągające się na cały obręb państwa z wyjątkiem królestwa lombardzko-weneckiego, tyczące się sprzedania i obciążenia majątku katolickich kościołów, prebend i zakładów duchownych.

Gdy w artykule XXX. konkordatu najwyższym patentem z dnia 5. Listopada 1855. No. 195. zbioru praw krajowych, ogłoszonego się rozporządza, że dobra kościelne ani sprzedane, ani znacznym ciężarem nie mają być obarczone, jeśli tak Stolica święta jako i Jego Cesarska Mość, albo ci, których oni do tego upoważnią, swojego na to nie dadzą zezwolenia, i gdy także nieznaczne obciążenie prebend i majątku kościelnego tylko przy przestrzeganiu wydanych w tym względzie przepisów jest dozwolone, a ztąd sprzedaże i obciążenia dóbr kościelnych, jeśli bez wypełnienia prawnych warunków ich prawomocności się odbywają, są nieważnemi; dla tego zapisy spraw prawnych tego rodzaju w księgi publiczne ku nabywaniu praw do rzeczy nieruchomych przeznaczone wtedy tylko nastąpić mogą, gdy obok przestrzegania innych prawnych wymagalności wyraźne oświadczenie urzędu politycznego (w granicy wojskowéj generalnéj komendy krajowéj) złożone zostanie, że szczegółowym sprzedaży lub obciążenia majętności kościelnéj dotyczącym przepisom zadość uczyniono.

Przez to jednakże nie narusza się wcale wierzycielom beneficyaryusza przez istniejące ustawy przyznane prawo do wniesienia swych żądań i owoców nieruchomego majątku prebendy, w drodze eksekucyi realnéj, o ile takowa wedle praw istniejących jest dozwolona.

Tak władzom sądowym jako i hypotecznym urzędom w Dalmacyi poleca się, aby każdy zapis sprzedaży lub obciążenia dóbr kościelnych w publicznych księgach ziemstwa politycznego bezzwłocznie umieściły.

Arcyksiążę Wilhelm m. p. F. M. L.
Hr. Nádasdy m. p.

Licet fundatam spem foveamus alienationem vel onerationem bonorum Ecclesiasticorum rarissimis tantum in casibus locum habituram esse, ubi videlicet aut inevitabilis necessitas, aut evidens utilitas Ecclesiae ipsius id suaserit — nihilominus officii Nostri duximus, de suprafatis legibus Venerabilem Clerum informare illumque attentum reddere, quod in casu subintrantis necessitatis talis alienationis vel onerationis, petitum opportunis allegatis instructum ante omnia Nobis anteponendum esset.

Quum porro suprafatum Breve contineat provocationem ad caput: *Terrulas*, et ad Constitutionem Pauli II. dt. 11. Maji 1465 quae incipit: *Cum in omnibus*, hinc e re duximus, citata, hoc loco transcribere.

Decretum Gratiani parte II. Causa XII. quaestione II. capite LIII. ita habet: „*Terrulas* aut vineolas exiguas et ecclesiae minus utiles, aut longe positas et parvas, episcopus sine consilio fratrum (si necessitas fuerit) distrahendi habeat potestatem.“

Tenor vero citatae Constitutionis Pauli II. de die 11. Maji 1465 est sequens:

Cum in omnibus judiciis sit rectitudo justitiae, et conscientiae puritas observanda, id multo magis in concessionibus alienationum rerum ecclesiasticarum convenit observari, in quibus de Christi patrimonio, et dispensatione pauperum, non de proprio cujusque peculio agitur, vel tractatur: quapropter oportet, ut in examinandis hujusmodi alienationum causis, quae a Sede Apostolica in forma, *si in evidentem utilitatem cedant*, oneratis ecclesiasticorum judicum conscientiis delegantur, nihil favor usurpet, nihil timor exorqueat, nulla expectatio praemii justitiam, conscientiamque subvertat. Monemus igitur, et sub interminatione divini judicii, omnibus Commissariis, et delegatis hujusmodi districte praecipimus, ut caute, et diligenter attendant causas in litteris Apostolicis per supplicationes, expressas, illasque solicite examinent, atque discutiant, testes, et probationes super narratorum veritate recipiant, et solum Deum prae oculis habentes, omni timore, ac favore deposito, Ecclesiarum indemnitatibus consulant, nec in laesionem, aut detrimentum earum decretum quomodolibet interponant. Si quis autem Commissarius, vel delegatus conscientiae suae prodigus, in gravamen, aut detrimentum Ecclesiae per gratiam, aut timorem, vel sordes alienationi consenserit, aut decretum, vel auctoritatem interposuerit, inferior quidem Episcopo, sententiam excommunicationis incurrat; Episcopus vero, aut Superior ab executione officii per annum noverit se suspensum, ad aestimationem detrimenti Ecclesiae illati nihilominus condemnandus: sciturus quod, si, suspensione durante, damnabiliter ingesserit se in divinis, irregularitatis laqueo se involvit, e quo nonnisi per Summum Pontificem poterit liberari. Is vero, qui dolo, vel fraude, aut scienter in detrimentum

Ecclesiarum alienationem fieri procuravit, aut per sordes, vel impressionem, alienationis decretum extorserit, similem sententiam excommunicationis incurret, a qua nisi per Romanum Pontificem possit absolvi; ad restitutionem nihilominus rerum alienatarum, cum fructibus, quandocumque de praemissis constiterit condemnandus. Volumus autem, quod Legati et Commissarii praedicti de poenis Constitutionis nostrae specifice moneantur, et in quibuscumque literis et commissionibus hujusmodi hoc statutum nostrum inseratur. Nulli ergo etc.

Leopoli die 10. Octobris 1860.

Nr. 2386.

Chyrographorum publicorum, Ecclesiis propriorum, transscriptio aut devinculatio quomodo perficienda.

Recenter obtinuimus Rescriptum C. K. Regiminis locumtenentialis dto. 24 Augusti 1860 N. 37049 sequentis tenoris:

Stósownie do zlecenia ces. kr. ministerstwa spraw duchownych i oświecenia z dnia 10. Sierpnia 1860. L. 11,424. w porozumieniu z ces. kr. ministerstwem finansów względem wymagalności do określenia i dewinkulacyi obligacyi państwa, które jako własność kościołów, zakładów kościelnych, fundacyi i prebend się przedstawiają, te przepisy za modłę ogłoszone zostały, które wedle tego rozporządzenia ministeryalnego z dnia 20. Czerwca 1860. (Z. P. K. No 162.) przy sprzedawaniu dóbr kościelnych za prawidło służyć mają, ponieważ nowy oblig wskutek przepisania wygotowany różną od wymienionéj w starym obligu osobę fizyczną, albo moralną, jako właściciela wskazuje, a dewinkulacya zazwyczaj tylko wtym celu się wykonywa, aby kapitałem przez obligacyą państwa reprezentowanym, którego przychód do pewnego celu jest przeznaczony, wolno rozporządzać i takowego w kierunku niezgodnym z dotychczasowym zastawem obligacyi państwa dowolnie używać można.

Podług tego ces. kr. ministerstwo finansów poleciło ces. kr. dyrekcyi długów państwa pod dniem 30. Lipca 1860. L. 44102., aby przepisanie i uwolnienie obligacyi państwa, które do własności kościoła, zakładu kościelnego, fundacyi, albo prebendy należą, wtedy tylko rozporządziła, kiedy stósownie do odnośnego rozporządzenia ministeryalnego oświadczenie właściwego urzędu politycznego złożone zostanie, że szczegółowym sprzedania majętności kościelnéj dotyczącym przepisom zadość uczyniono.

Co się następnie tyczy tych przypadków, w których mylny zastaw (albo indossacya) przez obligacyą państwa ma być sprostowany, to należałoby do takich sprostowań zażądać wykazów potrzebnych do określenia, lub dewinkulacyi formalności, co zawsze nastąpić ma, jeśli sprostowanie Indossacyi, albo zastawu na korzyść osoby prywatnéj się żąda. Lecz aby władze przesyłaniem błędnie indossowanych i zastawionych obligacyi państwa, a kassy wygotowaniem i zaciąganiem nowych obligów nad miarę nieuniknionéj konieczności obciążone nie były, zgodziły się oba rzeczone wysokie ministerstwa na to, że w wymienionych przypadkach, jeżeli sprostowanie indossacyi, albo zastawu obligacyi państwa, która dla kościoła, zakładu kościelnego, fundacyi albo prebendy jest ustanowiona, nie jest przyczyną tego, że obligacya do własności innego kościoła, kościelnego zakładu albo prebendy przechodzi, błędna indossacya, albo zastaw w ten sposób poprawioną być może, że na odwrotnéj stronie obligacyi przez odpowiednie od właściwéj administracyi majątku sporządzone i w pieczęć kościelną opatrzone oświadczenie będzie wyrażoném, jak indossacya, albo zastaw brzmieć właściwie powinny. Jeśliby administracya majątku przez wskazaną sobie instrukcyą nie była upoważnioną do zapisania na własną odpowiedzialność takowego oświadczenia na odwrotnéj stronie obligacyi, to daje się do zrozumienia, że jéj osnowa także auktoryzyą wyjednaną zawiera.

Hoc itaque decretum in nexu cum Currenda de die hodierna sub N. 1679 ad notitiam Venerabilis Cleri perferimus.

Leopoli 10. Octobris 1860.

Nr. 3019.

Pierwszą spowiedź dziatki w własnéj parafii odprawiać powinny.

Doszło do wiadomości Naszéj, że niektórzy rodzice, krewni i opiekunowie zwykli dzieci do pierwszéj ś. Spowiedzi prowadzić na miejsca odpustowe, i to wtedy, gdy właśnie tamże największe znajduje się zgromadzenie ludu.

Czynią zaś to najczęściéj z téj przyczyny, ponieważ dziecko dla niedostatecznego przygotowania lub braku potrzebnych wiadomości religijnych, od miejscowego swego dusz pasterza do pierwszéj ś. Spowiedzi przypuszczoném nie było albo przypuszczonémby być nie mogło.

Pierwsza Spowiedź ś. odprawiona bez należytego usposobienia, przed obcym zupełnie kapłanem, a do tego wśród wielkiego zgiełku i nacisku ludu, musiałaby wielce niekorzystne skutki, rozciągające się na całe życie wywrzeć na duszę dziecka, ale i wielką odpowiedzialnością obciążyć dusze tych, którzy temu byli powodem.

Mając na oku szczęśliwość doczesną i wieczną tak dziatek jako i tych, którzy obowiązek mają czuwać nad niemi i je drogą ś. wiary prowadzić do szczęśliwego wiekuistego żywota, niniejszém Wszystkim Rodzicom, Opiekunom i nadzor nad małoletniemi mającym pod posłuszeństwem duchownném w Panu nakazujemy, aby dziatki swoje z pierwszą spowiedzią świętą tylko do swoich księży Plebanów prowadzili. Wszystkim zaś Wielebnym kapłanom tak świeckim jako i zakonnym w Panu zabraniamy, aby bądź w czasie odpustów, bądź w jakimkolwiek innym, nie ważyli się dzieci z obcéj parafii bez pozwolenia własnego tychże Plebana do pierwszéj spowiedzi przypuszczać. A jeżeliby pomimo tego zakazu naszego przyprowadzili do nich rodzice dzieci swoje z pierwszą spowiedzią, mają ich pouczyć, i do własnych ichże duch pastérzy, celem odprawienia pierwszéj świętéj Spowiedzi odesłać.

To rozporządzenie Nasze w pierwszą Niedzielę po jego odebraniu, we wszystkich kościołach parafialnych ma być ludowi zgromadzonemu z Ambony ogłoszone.

Lwów dnia 17. Listopada 1860.

N. 3158.

Indulgentias moribundis impertiendi facultas subdelegatur.

Utendo facultate a SS. D. N. Pio Papa IX. medio litterarum in forma Brevis de die 24. Martii 1860 Nobis delegata, tenore praesentium subdelegamus omnibus Confessariis per Dioecesim approbatis, illisque qui subsequenter ad excipiendas fidelium Confessiones approbationem nacturi sunt, facultatem ut in Articulo Mortis constitutis „si vere poenitentes et confessi, ac S. Communione refecti, vel quatenus id facere nequiverint, saltem contriti Nomen Jesu ore, si potuerint, sin minus, corde devote invocaverint, et mortem tamquam peccati stipendium de manu Domini patienti animo susceperint.“ Benedictionem Apostolicam SS. D. N. Pii Papae IX. et Romani Pontificis pro tempore existentis nomine, cum plenaria indulgentia, servatis ritu et formula a Benedicto XIV. praescriptis (ut habetur in Rituali) impertiri libere et licito, possint ac valeant.

Utendo tamen facultate hac subdelegata, in formula praescripta loco verborum: „et ego facultate mihi ab Apostolica Sede tributa“ utendum est sequentibus verbis: „*et ego facultate ab Apostolica Sede Reverendissimo Archiepiscopo tributa, mihique subdelegata.*“

Leopoli, die 21. Novembris 1860.

N. 3159.

Devotio grat. act. ultimo anni die quomodo celebranda.

Devotio in gratiarum actionem pro beneficiis per decursum anni a Deo acceptis, in hac Dioecesi non ultimo anni die, sed ultima die Dominica vel festiva celebrari consuevit, idque potissimum ideo, ut populus praesertim rusticus, laboribus subditalibus oneratus, in hac devotione participare commodius posset.

Ex quo autem nexus subditelae sublatus extitit, causa illa cessavit, nilque impedit, quominus devotio praefata celebretur ipso ultimo anni die, quod et multo convenientius et pietati singulorum magis proficuum arbitramur.

Hac consideratione ducti decrevimus, ut abhinc devotio gratiarum Actoria quotannis die 31. Decembris a meridie celebranda, ultima die Dominica vel festiva e Suggestu populo annuntietur, atque sequenti modo peragatur:

Dato signo hora convenienti per pulsum omnium campanarum celebrentur Vesperae solennes cum Expositione SSmi Sacramenti in Monstratorio — post „Alma Redemptoris“ habenda est Concio solennitati conveniens — qua finita supplicationes fiant cum „*Przed oczy Twoje*“ et „*święty Boże*“ — demum processio cum SSmo intra Ecclesiam sub cujus finem intonetur Canticum „*Te Deum*“ atque ad verba: „*Salvum fac*“ benedictio cum SSmo detur. Dein reposito super Altari SSmo Sacramento (non tamen recondito) et cantico terminato cantetur versiculus: „*Benedicamus Patrem et Filium*“ et Oratio gratiarum Actoria: „*Deus cujus misericordiae non est numerus*“ — quae habetur in Missali post Votivam de SSma Trinitate. Denique concludetur devotio per „*Divinum auxilium*“.

Quodsi autem angustia Ecclesiae processionem non permitteret, tum „Te Deum“ decantandum esset a Sacerdote ante infimum gradum Altaris stante.

Devotio isthaec celebranda est in omnibus Ecclesiis parochialibus — et in illis conventualibus, ubi sufficiens adfuerit fidelium copia. Ubi autem nec 30 saltem personae convenirent — tum Expositio Sanctissimi et Concio omittenda foret.

Leopoli, die 21. Novembris 1860.

DIECEZYA PRZEMYSKA.

Nro. 1665.

Święto ś Patryciusza podniesione a ritu semiduplici ad ritum duplicem.

Venerabili Clero Dioecesano, Salutem in Domino!

Decretum, quo festum S. Patritii Episcopi Confessoris atque Hiberniae Patroni ad ritum duplicem pro universali Ecclesia elevatum est, Venerabili Clero Dioecesano in sequentibus communicatur per totum suum tenorem:

Decretum Urbis et Orbis.

Quum Archiepiscopi atque Episcopi omnes Hiberniae Anno MDCCCLIV. Dublini congregati a Sanctissimo Domino Nostro Pio Papa IX. humillime postulaverint, ut festum S. Patritii Episcopi Confessoris, atque Hiberniae Patroni, quod in Breviario Romano ritu semiduplici notatur die XVII. Martii, ad ritum duplicem pro universa Ecclesia catholica elevare dignaretur; Emi. ac Rmi. Patres Sacri Consilii Christiano Nomini Prapagando in generalibus Comitiis eodem anno babitis die XXI. Julii censuerunt supplicandum Sanctissimo pro gratia.

Hanc vero Sacri Concilii sententiam quum, instante nuper novis precibus Archiepiscopo Dublinensi, Sanctitas sua benigne exceperit, jussit ut Festum Sancti Patritii Episcopi Confessoris die XVII. Martii amodo recolatur in Universa Ecclesia ritu duplici minori, praesensque a Sacra Rituum Congregatione edi Decretum, ac promulgari mandavit. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die XII. Maji MDCCCLIX. *C. Episc. Albanen. Card. Patrizi S. R. C. Praef. H. Capalti S. R. C. Secretarius.*

Premisliae, die 11. Octobris 1860.

Nro. 1695.

O Przeniesieniu święta Niepokalanego Poczęcia Najświętszéj Maryi Panny na Poniedziałek, jeśliby w Niedzielę przypadało.

Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa IX. festum Immaculatae Conceptionis B. V. Mariae, si in Dominicam secundam Adventus inciderit, in feriam secundam immediate sequentem transferendum esse decrevit. Quod Decretum in sequentibus Venerabili Clero Dioecesano per extensum communicatur:

Decretum Urbis et Orbis.

Postquam Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa IX. Anno 1854. Dogma de Immaculata Beatae Mariae Virginis Conceptione, universo plaudente Orbe Catholico, solemniter proclamavit, vetus Christifidelium pietas erga splendidissimum istud Deiparae privilegium, nova veluti addita flamma, adeo exarsit, ut si hoc festum nequeat VI. Idus Decembris, quae propria est ipsius dies, ob occursum Dominicae secundae Adventus celebrari, vehementer doleant diu quandoque protrahi debere.

Communibus itaque Cleri, populique fidelis votis Sanctitas Sua satisfacere cupiens, quod de duobus aliis Beatissimae Dei Genitricis Festis, Purificatione et Annuntiatione a Sacra Rituum Congregatione cautum est Decreto Urbis et Orbis diei 30. Julii Anni 1748, ad festum quoque Conceptionis extendere dignata est, ac proinde jussit, ut quibus Annis praedictum festum occurrerit in Dominica secunda Adventus, transferendum sit in Feriam secundam immediate sequentem, quocumque festo etiam aequalis, non tamen altioris ritus in eam incidente.

Hoc autem Decretum promulgari, atque in generalibus Calendarii Romani rubricis adjici voluit Contrariis quibuscumque non obstantibus. Die 24. Maji 1860.

C. Episcopus Albanen. Card. Patrizi S. R. C. Praef. H. Capalti, S. R. C. Secretarius.

Premisliae, die 11. Octobris 1860.

Nro. 1743.

Wezwanie do składki na Chrześcian w Syryi.

Literis Circularibus ddt. 1. Septembris a. c. (typ. impr.) sistendo atrocissimas calamitates ab infensissimis Christiani nominis hostibus per Syriacas regiones fidelibus Christianis illatas, horumque miserrimum in praesenti statum, Venerabilem Clerum ad promovendas efficaciter collectas pro hisce infelicibus in c. r. Imperio Austriaco permissas, ac per Vicarium Generalem Episcopi Zahlensis R. Mosen Makhat instituendas provocavimus. Quum tamen idem Vicarius Generalis literis sub 30. Augusti a. c. ad omnes Archiepiscopos et Episcopos Imperii Austriaci missis urgentes necessitates innummerae viduarum ac orphanorum multitudinis lacrymando exponat, et enixe precetur, ut, quum ipsi impossibile sit, brevi hoc, quod pro faciendis collectis impertitum est, temporis spatio omnia Amplae Monarchiae circumire concessionata loca, collecta haec per Venerabilem Clerum Curatum in qualibet Dioecesi effectuetur, et quotae collectae ad Ordinariatum et inde ad praedictum Vicarium Generalem transmittantur; quum porro Excellentissimus Nuntius Apostolicus Viennae literis ddto. 1. Septembris a. c. hanc collectam impensissime commendat: ideo in nexu Nostrarum literarum Circularium ddto. 1. Septembris a. c. provocamus peramanter Venerabilem Clerum, ut mox acceptis hisce literis collectam pro infelicibus Syriae Christianis instituere, et quotas collectas pro ulteriori transmissione horsum immittere velit.

Premisliae, die 11. Octobris 1860.

Nro. 2425.

Podział dekanatu Strzyżowskiego.

Omnibus et singulis, quorum interest, aut quomodolibet interesse poterit, praesentibus significamus. Quia Nos, post eliberationem Curati Brzostecensis AR. Samólewicz a munere Decani foranei Strzyżoviensis ad illius preces factam, nimis extensum Decanatum huncce in finem promptioris ac expeditioris munium Decanalium adimpletionis convenienter ordinare constituimus, uti per praesentes, habita insimul ratione recentis politicae Circulorum ac Districtuum regulationis, sequentem in modum ordinamus; Decanatus Strzyżoviensis complectetur septem Ecclesias parochiales;

1. Strzyżów. 2. Czudec. 3. Połomia. 4. Niebylec. 5. Lutcza. 6. Futoma. 7. Błażowa; — quarum posteriores duae e Decanatu Krosnensi exscissae Decanatui Strzyżoviensi adjunguntur. Omnes hae septem Ecclesiae pertinent ad circulum Ressoviensem, Districtum Strzyżoviensem.

Decanatus Frysztacensis neo-erectus continebit octo ecclesias parochiales, quae omnes ad Decanatum hucdum Strzyżoviensem pertinebant, et in circulo Tarnoviensi, Districtu Frysztacensi sitae sunt, scilicet:

1. Frysztak. 2. Dobrzechów. 3. Łączki. 4. Lubla. 5. Sieklówka. 6. Biezdziedza. 7. Gogolów. 8. Niewodna.

Decanatus Brzostecensis neo-erectus adscriptas habebit novem ecclesias parochiales, videlicet:

1. Brzostek. 2. Kołaczyce. 3. Brzyska. 4. Czermna. 5. Szerzyny. 6 Żurowa. 7. Ołpiny. 8. Jodłowa. 9. Przeczyca.

Praeterea autem Ecclesia parochialis in Kombornia a Decanatu Rymanoviensi exscinditur, et Decanatui Krosnensi adjungitur.

Jam vero in Decanum for. Stryżoviensem Curatus Dobrzechoviensis AR. Felix Buchwald — in Decanum Frysztacensem Curatus Lublensis AR. Joannes Pietrzycki — in Decanum Brzostecensem vero Curatus Jodloviensis AR. Joannes Kolbuszowski sub uno constituuntur.

Premisliae, die 10. Januarii 1861.

Nro. 1902.

Dzieł OO. ŚŚ. i innych teologicznych za obligi na msze śś. nabyć można w Paryżu.

Księgarz w Paryżu na Ulicy d'Amboise N. 20. nazwiskiem M. L. Migne ułatwia nabycie różnych dzieł Ojców śś. i innych teologicznych w łacińskim i francuskim języku, których bardzo obfity spis nadesłał, oświadczając się gotowym dać z nich te i tyle, które i ile kto zechce na obligi mszalne stósownie do liczby tych stipendiów czyli raczéj oblig przyjętych. Oczywiście przez to ułatwione jest założenie bibliotek kapitulnych, Seminaryalnych i Dekanalnych.

Chcąc korzystać z téj wspomnionego księgarza gotowości, wzywamy Przewielebnych Księży Diecezalnych a osobliwie tych, którzy albo żadnych albo mało mają stipendiów lub oblig mszalnych, ileby każdy z nich w celu ułatwienia nabycia dzieł Ojców śś. i innych teologicznych dla Naszego diecezalnego Seminarium chciał przyjąć. Robimy tylko tę uwagę, że przyjęte obligi w ciągu roku odprawione być mają — *ad intentionem dantium in colore diei currentis* z pierwszeństwem w myśli tylko danem téj intencyi, która przed Bogiem jest naglejsza. — Zostawiamy atoli wolność każdemu księdzu oświadczenia się, jeżeliby jakie dzieło na swoją własność chciał tym sposobem przez przyjęcie oblig nabyć. W tym razie musiałby to dzieło wyraźnie wymienić, i przyjąć tyle oblig, ileby księgarz wspomniony w cenie za to dzieło wyznaczył. Im większą liczbę przyjętych oblig z Diecezyi otrzymamy, tém więcéj pożytecznych dzieł do naszego Seminarium sprowadzić będziemy w stanie. A wyż wspomniony księgarz żadnéj liczby przyjętych oblig się nielęka, bo ich ma tysiące do rozdania.

Opłata sprowadzenia dzieł zamówionych należeć będzie od granicy francuskiéj do tego, kto je sobie zapisze.

Życzymy sobie przytém, żeby Przewielebni Księża Diecezalni przez Przewielebnych dotyczących swych księży Dziekanów jak najspiesznićj liczbę przyjętych oblig Nam nadesłać starali się.

Z Konsystorza Przemyskiego obr. łac.

Przemyśl, dnia 7. Stycznia.

ADAM,
Biskup.

Wojciech Harmata,
Kanclérz.

Właściciel i wydawca odpowiedzialny X. Prusinowski. — Czcionkami Augustyna Schmaedickego.